

ITEM EPISTOLA SANCTI CLEMENTIS PAPAE SCRIPTA DISCIPULIS SUIS, QUI MALORUM¹ HOMINUM PERSUASIONIBUS ALIQUATENUS DEVIARUNT, ET HIS ATQUE GENTIBUS, INTER QUAS HABITABANT, DIRECTA.

[H. 74] Clemens Romanae urbis episcopus carissimis fratribus Iulio et Iuliano ac reliquis
5 consodalibus² nostris gentibusque, quae circa vos sunt.

Oportet, fratres, omnes doctores, qui ad salutem animarum instituti sunt et ad lucrandas animas episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinem gerere et errantes ad viam veritatis et ad portum salutis reducere. Et licet propter gentes, quae circa vos sunt, in modico vos errasse contigerit, melius tamen est³ redire ad veritatis viam quam diutius in
10 ipso errore perdurare. Quoscumque enim de his, qui vos errare fecerunt, vel de his, qui adhuc verbum praedicationis non audierunt, potestis, vobiscum assumite et ad viam veritatis reducite, ne infructuosi, sed⁴ fructuosi domino inveniamini⁵. Et quoniam quidem, sicut terra⁶ cultore neglecta spinas et tribulos necessario producit, ita sensus vester longi temporis incuria⁷ multas et noxias opiniones rerum et intellegentias falsae scientiae germinavit, opus
15 est nunc multa diligentia⁸ ad excolendum ius⁹ mentis vestrae, ut hic sermo veritatis, qui est verus et diligens¹⁰ cordis colonus¹¹, assiduis excolat¹² disciplinis. Vestrum ergo est praebere oboedientiam et occupationes¹³ ac sollicitudines superfluas amputare, ne bonum verbi semen enecet¹⁴ noxium germen. Potest¹⁵ enim fieri, ut multi¹⁶ temporis neglegentiam brevis et assidua reparat¹⁷ diligentia.

Quellen:

12-158: *Et - observetur*, Clem. recogn. VI. c. 2-12. Cf. supra 57.

Rezeption:

6-24: *Oportet – turpiter*: Coll. Ans. ded. VIII,68.

20 Incertum namque est uniuscuiusque vitae tempus, et ideo festinandum est ad salutem, ne

¹ MAIORUM V630

² *am Rande* consociis VD38

³ *est fehlt* V630

⁴ *sed fructuosi fehlt* V630

⁵ *inveniat* I83

⁶ *terra cultore neglecta] cultore neglecta terra* V630

⁷ *am Rande* neglegentia VD38

⁸ *diligentia ad excolendum korr. aus diligentia* O93

⁹ *ius] vire korr. aus vis* V630; *vas* VD38

¹⁰ *diligendus korr. aus diligens* V630

¹¹ *colono* V630

¹² *excolet* V630

¹³ *occupationis* I83

¹⁴ *am Rand* eoccidat VD38

¹⁵ *Potest korr. aus Post* VD38

¹⁶ *multum* I83

¹⁷ *am Rande* restauret VD38

forte cunctantem¹⁸ mors repentina praeveniat. Et ob hoc acrius innitendum est, ut, dum est temporis spatium, collecta malae consuetudinis vitia resecentur¹⁹ ²⁰. Quod non aliter facere poteritis²¹, nisi, ut irascamini quodammodo adversum vosmetipsos, pro his, quae inutiliter gessistis ac turpiter. [H. 75] Haec enim est iusta²² et necessaria iracundia, ut unusquisque in
 25 his²³, quibus erravit et perperam²⁴ gessit, indignetur et semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immissus, consumptis et excoctis radicibus pessimae voluptatis, bono semini²⁵ verbi dei fecundioris cordis praeparat glebam. Puto autem, quod satis dignas habeatis causas iracundiae, ex²⁶ quibus iustissimus ignis iste coalescat, si consideretis, in quantos vos errores deduxerit²⁷ ignorantiae malum,
 30 quantosque lapsus²⁸ et quanta praecipitia²⁹ ad peccandum dedit, a quantis vos bonis abstraxit, et in quae praecipitavit mala, et, quod est super omnia gravius, quod vos in futuro saeculo aeternis poenis obnoxios³⁰ fecit. Nonne pro his omnibus, ubi vobis veritatis lumen effulsit, ignis iustissimae indignationis accenditur et iracundiae deo placitae intra vos
 35 consurgit incendium, quo consumatur et radicitus intereat omne germen, sicut³¹ forte intra vos malae concupiscentiae pullulavit? Unde et ipse³², qui misit nos, cum venisset et omnem mundum vidisset ad maliciam declinasse, non continuo ei pacem in erroribus posito dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiae eius ruinis scientiam veritatis opposuit, ut, si, qui forte resipiscerent³³ ³⁴ ³⁵ et lumen veritatis aspicerent, deceptos se et in praecipitia

Quellen:

12-158: *Et - observetur*, Clem. recogn. VI. c. 2-12. Cf. supra 57.

Rezeption:

24-48: *Haec – consurgit*: Coll. Ans. ded. VIII, 69.

¹⁸ *am Rande* dubitantem VD38

¹⁹ *am Rande* abscidantur VD38

²⁰ resecentur *korr. aus* recensentur V630

²¹ poteris I83

²² iusta] utilis vita V630

²³ his] his in V630

²⁴ *am Rande* perversam VD38

²⁵ semine V630

²⁶ et V630

²⁷ deducerit VD38

²⁸ *am Rande* casus VD38

²⁹ *am Rande* ruinas VD38

³⁰ *am Rande* debitores VD38

³¹ sicut] si quit VD38

³² ipsi I83

³³ *am Rande* reverterentur VD38

³⁴ resipiscerent *korr. aus* respicerent I83

³⁵ resipiscerent et lumen veritatis aspicerent *korr. aus* resipiscerent VD38

erroris abstractos merito dolerent et iracundiae salutaris ignem adversum deceptricem suam
 40 conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat: Ignem veni mittere in terram, quem volo,
 ut accendatur³⁶. Est ergo pugna quaedam, quae gerenda nobis est in hac vita.
 Sermo enim veritatis et scientiae necessario separat homines ab errore et ignorantia, sicut
 saepe videmus putrefactas et emortuas³⁷ corporis carnes a connexione viventium membrorum
 ferro secantes³⁸ separari. Tale ergo aliquid est, quod³⁹ agit⁴⁰ veritatis agnitio. Necesse est
 45 enim, ut salutis causa filius, verbi gratia, qui sermonem receperit veritatis a parentibus
 separetur incredulis aut rursus pater separetur a filio aut filia a matre. Et hoc modo inter
 propinquos et consanguineos credentes atque incredulos scientiae atque ignorantiae
 veritatisque et erroris⁴¹ pugna consurgit. [H. 76] Et ob hoc iterum dicebat, qui nos misit: Non
 veni pacem mittere in terra, sed gladium. Quod si dicit aliquis: Et quomodo iustum videtur
 50 separari filios a parentibus? Audi quomodo: quia, si⁴² cum ipsis in⁴³ errore permaneant,
 neque illis proderunt, et ipsi⁴⁴ cum illis pariter interibunt. Iustum igitur et valde iustum est
 separari eum, qui se⁴⁵ dari vult, ab eo, qui non vult. Sed et illud averte⁴⁶, quia⁴⁷ non ex
 illis, qui rectius intellegunt, venit ista separatio. Illi enim velint⁴⁸ esse pariter et prodesse
 55 his et docere meliora. Sed est⁴⁹ istud proprium ignorantiae vitium, ut confutantem⁵⁰ se
 veritatis lucem non⁵¹ ferat habere de proximo, et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam
 qui scientiam veritatis accipiunt, quia bonitatis plena est, tamquam a⁵² bono deo⁵³ datam
 cupiunt eam, si fieri potest, cum omnibus habere communem, etiam cum his, qui oderunt

Quellen:

12-158: *Et - observetur*, Clem. recogn. VI. c. 2-12. Cf. supra 57.

Rezeption:

48-64: *Et - credimur*. Coll. Ans. ded. VIII, 70.

eos et persequuntur. Sciunt⁵⁴ enim, quia peccatum ipsorum causa ignorantiae est. Propterea⁵⁵

³⁶ accendatur *korr. aus* accedatur VD38

³⁷ mortuas N442; I83; VD38

³⁸ sectantes O93; secantis V630

³⁹ quod agit *korr. aus* quod O93

⁴⁰ ait V630; I83

⁴¹ erroris *korr. aus* erroribus V630

⁴² si cum] cum si V630

⁴³ sine N442; I83; VD38

⁴⁴ sic VD38

⁴⁵ se dari] salvari V630

⁴⁶ advertet *korr. aus* avertet V630

⁴⁷ quia *korr. aus* qui VD38

⁴⁸ vellent *korr. aus* velint N442; volunt V630

⁴⁹ et V630

⁵⁰ *am Rande* confusionem sibi ingerentem VD38

⁵¹ *am Rande* non sustineat VD38

⁵² a bono deo] a bonedi VD38

⁵³ dei VD38

⁵⁴ Scient O93

idemque⁵⁶ ipse magister, cum ab his, qui ignorabant eum, duceretur ad crucem, orabat
 60 patrem pro interfectoribus suis et dicebat: Pater, dimitte his peccatum, nesciunt enim, quid
 faciunt. Imitantes quoque discipuli magistrum, etiam ipsi, cum paterentur, similiter pro
 interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est orare etiam pro interfectoribus et
 persecutoribus nostris, quomodo non etiam parentum et propinquorum persecutiones ferre et
 pro conversione eorum orare credimur⁵⁷?
 65 [H. 77] Tum deinde etiam illud diligentius consideremus, quae sit nobis causa parentes
 diligendi. Pro eo, inquit, quod⁵⁸ vitae nostrae videntur auctores. Auctores quidem vitae
 nostrae parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitam praebent, sed ingrediendi nobis ad
 hanc vitam exhibent ministerium, auctor autem⁵⁹ vitae unus et solus est deus. Si autem
 auctorem vitae diligere volumus, illud⁶⁰ nobis esse diligendum sciamus. Sed illum, inquit,
 70 cognoscere⁶¹ potuimus, istos autem et novimus et in affectu habemus. Esto, non potuistis
 cognoscere, quid sit deus, qui tamen non sit deus, perfacile scire potuistis. Nam quomodo
 latere potuit hominem, quod lignum aut lapis aut aes vel alia huiusmodi materia non sit?
 Quod si in his, quae facile⁶² depraehendere potuistis, animum ad discutiendum⁶³ noluistis
 intendere, certum est, quia et in agnitione dei impediti estis, non impossibilitatis sed
 75 ignaviae⁶⁴ vitio. [H. 78] Nam, si voluissetis, ex his ipsis utilibus simulacris profecto
 accepissetis intellegentiae viam⁶⁵. Certum est, quia per ferrum facta sunt simulacra, ferrum
 vero per ignem confectum est. Qui⁶⁶ ignis aqua exstinguitur, aqua autem per spiritum

Quellen:

12-158: *Et - observetur*, Clem. recogn. VI. c. 2-12. Cf. supra 57.

Rezeption:

65-75: *Tum – vitio*: Coll. Ans. ded. VIII,47.

75-100: *Nam – reputabitur*: Coll. Ans. ded. VIII,48.

⁵⁵ Propterea idemque] Propter eo idemque *korr. aus* Propter eodemque O93

⁵⁶ denique V630

⁵⁷ credimur *korr. aus* credimus V630

⁵⁸ quia N442

⁵⁹ autem vite *korr. aus* autem O93

⁶⁰ illum *korr. aus* illud V630; illum VD38

⁶¹ cognoscere] cognoscere non V630

⁶² facere I83; VD38

⁶³ discutiendum *korr. aus* discutiedum I83

⁶⁴ *am Rande* stultitie VD38

⁶⁵ *am Rande* rationem VD38

⁶⁶ quia I83

movetur, spiritus autem a deo initium habet. Sic enim dicit Moyses propheta: In principio
 fecit deus caelum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita⁶⁷, et tenebrae erant
 80 super faciem abyssi, et spiritus dei⁶⁸ erat super aquas. Qui spiritus iussu⁶⁹ dei quasi⁷⁰ ipsa
 conditoris manus lucem separavit a tenebris, et post⁷¹ illud invisibile caelum istud visibile⁷²
 produxit, ut superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero⁷³ hominibus. Propter
 vos ergo⁷⁴ iussu dei aqua, quae⁷⁵ erat super faciem terrae, secessit, ut terra vobis produceret
 fructus. Cui etiam humorum venas latenter inseruit, ut vobis ex ea profluerent⁷⁶ fontes et
 85 flumina. Propter vos producere iussa est animantia et omnia, quae vestro usui voluntatique
 servirent⁷⁷. Aut non propter vos venti spirant, ut ex ipsis concipiens fructus vobis terra
 parturiat? Non⁷⁸ propter vos imbres perfluunt⁷⁹ et tempora vicissitudines mutant? Non⁸⁰
 propter vos sol oritur et occidit, et mutationes⁸¹ luna⁸² perpetitur⁸³? Propter vos mare
 exhibet famulatum⁸⁴ suum, ut vobis ingratias cuncta subiaceant. Nonne pro his omnibus iusta
 90 erit ultionis poena, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia et agnoscere et
 venerari debuistis⁸⁵, solum prae ceteris ignoratis? Sed et nunc isdem⁸⁶ vos adhuc⁸⁷
 intellegentiam eis⁸⁸ duco. Videtis etenim⁸⁹, quod omnia gignuntur ex aquis, aqua vero per
 unigenitum ex initio facta est, unigeniti vero omnipotens deus caput est, per quem tali
 ordine, ut supra diximus, pervenitur ad patrem. Cum autem perveneritis, agnoscite hanc esse
 95 voluntatem eius, ut per aquas, que primae creatae sunt, denuo renascamini. Qui enim

Quellen:

12-158: *Et - observetur*, Clem. recogn.VI. c. 2-12. Cf. supra 57.

⁶⁷ composita O93; inconposita korr. aus composita V630

⁶⁸ di VD38

⁶⁹ iussum O93

⁷⁰ am Rande veritati oponitur VD38

⁷¹ posuit I83

⁷² visibilem VD38

⁷³ vero fehlt VD38

⁷⁴ ergo fehlt V630

⁷⁵ quae korr. aus qua VD38

⁷⁶ profluerent korr. aus fluerent O93; profluerent korr. aus profuerent VD38

⁷⁷ deservedent VD38

⁷⁸ Nonne korr. aus Non O93

⁷⁹ profluunt V630; N442

⁸⁰ Nonne korr. aus Non O93

⁸¹ mutationes korr. aus mutataones V630

⁸² lunae I83

⁸³ am Rande sustinet VD38

⁸⁴ am Rande servitium VD38

⁸⁵ debuistis solum korr. aus debuistis V630

⁸⁶ idem V630

⁸⁷ adhuc] adhuc in korr. aus adhuc VD38

⁸⁸ interlinear vel eius V630; eius I83; VD38

⁸⁹ enim I83

regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus⁹⁰, heres efficitur eius, a quo in incorruptione⁹¹ generatus⁹² est. Propter quod paratis animis accedite quasi filii ad patrem, ut peccata vestra diluantur⁹³ et causa eorum sola ignorantia fuisse probetur⁹⁴ apud deum. Nam, si post agnitionem horum permanetis in⁹⁵ incredulitatem⁹⁶, vobis iam perditionis⁹⁷ vestrae
100 causa et non ignorantiae reputabitur.

[H. 79] Nec putetis, quod, etiam⁹⁸ si omnem pietatem colatis⁹⁹ omnemque iustitiam, baptismum vero non accipitis¹⁰⁰, spem possitis¹⁰¹ habere apud deum, immo maiore¹⁰² poena¹⁰³ digni eritis, qui bona opera non bene operati estis. Confertur¹⁰⁴ enim meritum boni¹⁰⁵ homini ex bonis gestis, sed si ita gerantur, sicut deus iubet. Deus autem iussit
105 omnem colentem se baptismo consignari. Quod si vos rennueritis¹⁰⁶ et vestrae voluntati magis quam dei obtemperetis, contrarii sine dubio et inimici estis voluntati eius. Sed dicitis fortasse: Quid confert aquae baptismus¹⁰⁷ ad dei cultum? Primo quidem, quia, quod deo placuit, impletur. Secundo, quia regenerato¹⁰⁸ ex¹⁰⁹ aquis et deo renato fragilitas prioris nativitatis, quae vobis per hominem facta est, amputatur, et ita demum pervenire poteritis ad
110 salutem, aliter impossibile est. Sic enim nobis cum sacramento verus propheta testatus est dicens: Amen, dico vobis, nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua viva, non introibit in regnum¹¹⁰ caelorum. Et ideo accelerate¹¹¹, est enim in aquis istis misericordia eius quaedam,

Quellen:

12-158: *Et - observetur*, Clem. recogn. VI. c. 2-12. Cf. supra 57.

Rezeption:

101-127: *Nec – patris*: Coll. Ans. ded. IX,3.

107-112: *Primo – caelorum*: Ps.-Remedius c. 8.

⁹⁰ repletus *korr. aus* repletis O93; repletis I83

⁹¹ incorruptionem VD38

⁹² regeneratus V630

⁹³ *am Rande* purgentur VD38

⁹⁴ probet O93; N442; I83

⁹⁵ in *fehlt* I83

⁹⁶ incredulitatem *korr. aus* credulitatem O93; incredulitate VD38

⁹⁷ preditionis I83

⁹⁸ iam I83

⁹⁹ *am Rande* diligatis VD38

¹⁰⁰ accipiatis VD38

¹⁰¹ possitis *korr. aus* positus V630

¹⁰² maiori N442

¹⁰³ pona I83

¹⁰⁴ Confertur *korr. aus* Fertur O93

¹⁰⁵ boni *fehlt* V630

¹⁰⁶ *am Rande* respueritis VD38

¹⁰⁷ baptismum I83

¹⁰⁸ regeneratio I83

¹⁰⁹ et VD38

¹¹⁰ regnu O93

¹¹¹ *am Rande* festinate VD38

quae ex initio ferebatur super eas, et agnoscit eos, qui baptizantur sub appellatione triplicis
 sacramenti, et eripit eos de suppliciis futuris quasi donum quoddam offerens deo animas per
 115 baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas, solae sunt enim, quae possunt vim
 futuri ignis exstinguere. Ad quas, qui moratur¹¹² accedere, constat in eo infidelitatis adhuc
 idolum permanere et ab ipso prohiberi ad aquas, quae salutem conferunt^{113 114}, properare.
 Sive enim iustus, sive sit¹¹⁵ iniustus, baptismum per omnia necessarium est, iusto quidem,
 ut adimpleatur in eo perfectio et regeneretur deo, iniusto vero, ut peccatorum, quae gessit,
 120 remissio concedatur. Omnibus ergo festinandum est sine mora renasci deo et¹¹⁶ demum
 consignari¹¹⁷ ab episcopo, id est septiformem gratiam spiritus sancti percipere, quia incertus
 est uniuscuiusque exitus vitae. Cum autem regeneratus fuerit per aquam et postmodum
 septiformi spiritus gratia ab episcopo, ut memoratum est, confirmatus, quia¹¹⁸ aliter perfectus
 esse christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed
 125 incuria aut voluntate remanserit, ut a beato Petro accepimus, et ceteri sancti apostoli
 praecipiente domino docuerunt, et demum¹¹⁹ ex operibus bonis ostendat in se
 similitudinem¹²⁰ eius, qui eum genuit, patris. [H. 80] Post hac¹²¹ vero agnoscat deum
 honorare, honor autem eius est¹²², ut ita vivat, sicut ipse vult. Vult autem unumquemque ita
 vivere, ut homicidium et adulterium nesciat, odium et avaritiam fugiat, iram, superbiam,
 130 iactantiam respuat et exsecretur¹²³, invidiam quoque^{124 125} et cetera his similia penitus a se
 ducat aliena.

Quellen:

12-158: *Et - observetur*, Clem. recogn. VI. c. 2-12. Cf. supra 57.

Rezeption:

118-120: *Sive enim – concedatur*: Ps.-Remedius c. 6.

120-131: *Omnibus – aliena*: Ps.-Remedius c. 7.

122-125: *regeratus – accepimus*: Anselm v. Lucca IX,19; Bonizo II,53; Polycarpus III,10,2.

127-131: *Post – aliena*: Coll. Ans. ded. IX,2.

¹¹² *am Rande* tardat VD38

¹¹³ *am Rande* tribuunt VD38

¹¹⁴ salutem conferunt *korr. aus* salutem V630

¹¹⁵ sit *fehlt* I83

¹¹⁶ *am Rande* Quod prosit ultima consignatio I83

¹¹⁷ consignare I83

¹¹⁸ quia *korr. aus* qui N442; qui V630

¹¹⁹ *am Rande* postea VD38

¹²⁰ similitudine V630; I83

¹²¹ haec *korr. aus* hac V630; haec N442; *fehlt* VD38

¹²² est *fehlt* V630

¹²³ *am Rande* abhorret VD38

¹²⁴ *am Rande* etiam VD38

¹²⁵ quoque et cetera *korr. aus* quoque O93

[H. 81] Est¹²⁶ sane propria quaedam nostrae religionis observantia, quae non tam imponitur hominibus, quam proprie¹²⁷ ab unoquoque deum colente causa puritatis expetitur¹²⁸ 129. De castimoniae dico cautela¹³⁰, cuius species multae sunt. Sed primo, ut observet unusquisque, 135 ne menstruatae mulieri misceatur, hoc enim execrabile¹³¹ ducit¹³² lex dei. Quod et si lex de his non admonuisset, nos ut¹³³ canthari libenter volveremur in stercore. Debemus aliquid amplius habere animalibus utpote¹³⁴ rationabiles¹³⁵ homines et caelestium sensuum capaces, quibus summi studii esse debet ab omni inquinamento cordis¹³⁶ conscientiam¹³⁷ custodire. Bonum¹³⁸ est autem et puritati conveniens etiam corpus aqua¹³⁹ diluere¹⁴⁰ 141. Bonum vero 140 dico non quasi principale illud, in quo mens purificatur, sed quod sequela¹⁴² sit illius boni hoc, in quo caro diluitur. Sic enim et magister noster quosdam pharisaeorum et scribarum, qui videntur¹⁴³ esse ceteris meliores et a vulgo separati, increpabat¹⁴⁴ dicens eos hypocritas, quia ea solummodo, quae hominibus videbantur, purificabant, corda vero, quae solus deus aspicit, inquinata relinquebant et sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes, dicebat: 145 Vae vobis, scribae et pharisaei hypocritae, quia¹⁴⁵ mundatis calicis et parapsidis¹⁴⁶, quod deforis est, intus autem plena sunt sordibus. Pharisaee caece, munda prius quod intus est, et, quod deforis est, erit mundum. Vere enim si mens mundetur¹⁴⁷ luce scientiae, cum ipsa

Quellen:

12-158: *Et - observetur*, Clem. recogn. VI. c. 2-12. Cf. supra 57.

Rezeption:

132-160: *Est – valeatis*: Coll. Ans. ded. VIII,49.

134f.: *observet – dei*: Ivo, Decr. IX,119.

139-154: *Bonum – placeat*: Polycarp III,28,1 (140: *sequela*] *imitatio*; 141-147: *Sic – mundum* fehlt)

¹²⁶ *am Rande* Quod multe sunt species castimonie VD38

¹²⁷ *proprie korr. aus propie* O93

¹²⁸ *am Rande* requiritur VD38

¹²⁹ *expetitur korr. aus expeditur* V630

¹³⁰ *cautele* I83

¹³¹ *am Rande* abhominabile VD38

¹³² *am Rande* iudicat VD38

¹³³ *ut canthari* fehlt V630

¹³⁴ *am Rande* sicut VD38

¹³⁵ *rationabiles korr. aus rationabilis* I83

¹³⁶ *cordis] cordis et* I83

¹³⁷ *conscientia* I83

¹³⁸ *am Rande* Quod bonum sit ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire et quod bonum sit etiam corpus aqua diluere V630

¹³⁹ *aquam* I83

¹⁴⁰ *am Rande* mundare VD38

¹⁴¹ *deluere* I83

¹⁴² *am Rande* imitatio consecutio VD38

¹⁴³ *videbantur* VD38

¹⁴⁴ *increpat* I83; *increpabat korr. aus increbat* VD38

¹⁴⁵ *quia korr. aus qui* I83

¹⁴⁶ *am Rande* scutellae VD38

¹⁴⁷ *videtur* VD38

fuerit munda ac splendida, tunc etiam eius, qui deforis est, hominis ipsa necessario curam gerit, id est carnis suae, ut et ipsa purificetur. Ubi¹⁴⁸ autem ista, quae deforis est, purificatio¹⁴⁹ carnis negligitur, certum est ibi¹⁵⁰ neque¹⁵¹ de puritate mentis ac mundicia cordis curam geri. Ita ergo fit¹⁵², ut is, qui intrinsecus¹⁵³ mundus est, mundetur¹⁵⁴ sine dubio et extrinsecus; non semper autem is, qui mundatur¹⁵⁵ extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, mundetur¹⁵⁶ sine dubio et extrinsecus. Non semper autem is¹⁵⁷, qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum¹⁵⁸ ait¹⁵⁹ haec, ut hominibus placeat.

155 Sed et illa species castimoniae observanda est, uti ne passim et libidinis solius causa feminis coeatur¹⁶⁰, sed posteritatis reparandae gratia, quae observantia, cum etiam in nonnullis pecudibus¹⁶¹ inveniatur, pudori¹⁶² est, si non ab hominibus rationabilibus et deum colentibus observetur. Ergo omnes peccaverunt et egent auxilio¹⁶³ dei.

Propter quod, carissimi, sectamini semper caritatem et aemulamini¹⁶⁴ meliora et spiritualia, et

160 adiuuate vos invicem, ut deo semper in omnibus placere valeatis. Amen.

Quellen:

12-158: *Et - observetur*, Clem. recogn.VI. c. 2-12. Cf. supra 57.

158: *Ergo - dei*, Rom. III. 23.

159: *Propter - spiritualia*, I Cor. XIV. 1.

159f.: *Propter - valeatis*, cf. Evar. 11.

¹⁴⁸ *am Rande* Qui carnis purificationem negligit solet contemnere munditiam mentis VD38

¹⁴⁹ purificatio carnis *korr. aus* purificatio O93

¹⁵⁰ ibi *fehlt* V630

¹⁵¹ neque *korr. aus* ne VD38

¹⁵² fit ut is *korr. aus* fit O93

¹⁵³ intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio et extrinsecus; non semper autem is, qui mundatur extrinsecus *korr. aus* intrinsecus O93

¹⁵⁴ mundetur sine dubio et extrinsecus; non semper autem is, qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio et extrinsecus. Non semper autem is, qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est *fehlt* I83

¹⁵⁵ mundantur I83

¹⁵⁶ mundetur sine dubio et extrinsecus Non semper autem is qui mundatur extrinsecus etiam intrinsecus mundus est *fehlt* I83

¹⁵⁷ is *korr. aus* his V630

¹⁵⁸ *am Rande* cum facit VD38

¹⁵⁹ agit V630; VD38

¹⁶⁰ *am Rande* commisceatur VD38

¹⁶¹ pecoribus VD38

¹⁶² pudoris V630

¹⁶³ auxilio *korr. aus* axilio V630

¹⁶⁴ *am Rande* sequimini VD38